Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1171
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



26

Intendens aut in concilio paulus ait viri fres ego omni
conscia bona qui fatus sum an deum usque adhodiernum diem / pri
ceps aut sacerdotum ananias precepit astantibus ei percutere os eius
tunc paulus dixit ad eum percutet te deus paries dealbato
et tu sedens iudicas secundum legem et contra legem iubes me
percuti et qui astabant dixerunt summum sacerdotem dei maledicis
dixit autem paulus nesciebam fres quia princeps sacerdotum est
scriptum est enim principem populi tui non maledicetis fres autem
paulus quia una pars erat saduceorum et altera phariseorum
exclamabat in concilio viri fres ego fariseus sum filius
phariseorum de spe et de resurrectione mortuorum ego iudicor et cum
hoc dixisset facta est dissensio inter phariseos et saduceos et
soluta est multitudo saduceis enim dicunt non esse resurrectionem
mortuorum nec angelum neque spiritum pharisei autem utrique confitentur
factus est autem clamor magnus et exurgentes quidam
pharisei pugnabant dicentes nihil mali invenimus in homine hoc
quod si spiritus locutus est ei aut angelus et cum magna
dissensio facta esset timens tribunus ne discerperetur paulus
a hiis iussit milites descendere et rapere eum de medio eorum
ac deducere eum in castra / sequenti autem nocte assistens ei dominus
ait / esto constans sicut enim testificatus es de me in hierusalem
sic te oportet et romae testificari / facto autem die se coniuraverunt
quidam ex iudeis et devoverunt se dicentes neque manducabimus
neque bibimus donec occidamus paulum / erant autem plus
quam quadraginta viri qui hanc coniurationem fecerunt qui accesserunt ad prin
cipes sacerdotum et seniores et dixerunt devotione devovimus
nos nec gustabimus donec occidamus paulum nunc igitur
vos notum facite tribuno cum consilio ut adducat illum ad nos